Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 205

Quelle:
Copyright:

giorum et variis Miraculis, praeſertim B. Virginis.

VII. *fol.* 32. *P. damiani epiſtola ad clunienſe monaſterium miſſa.* Init: *Uere ſanctis et angelica ueneratione colendis cluniacenſis monaſterij fratribus* &c. *Nolo uos lateat* &c. Edit. *cit.* T. I. p. 82. Lib. VI. Epiſtola V.

VIII. *fol.* 35. p. 2. *Epiſtola P. damiani de incontinentia clericorum. Ad taurinenſem epiſcopum miſſa.* Init: *Domino Cuniberto* &c. *Hec eſt uere caritatis* &c. et eſt *Diſſertatio* II. Opuſculi XVIII. edit. *cit.* T. III. p. 173. Ita enim *Conſtantino Cajetano* editori placuit.

IX. *fol.* 43. *Hic taurinenſem epiſcopum cum clariſſima duce confederat. ut precipiti clericorum luxurie inuicem ſe munientes occurrant.* Eſt *Diſſertatio* III. Opuſculi mox dicti p. 181. et incipit: *Adalaidi excellentiſſime duci* &c. *Quidquid de caſtitatis iniuria* &c.

X. *fol.* 46. p. 2. *Biſuntino archiepiſcopo. laudat ſepulturam* (i. e. tumulum ſibi vivo) *in vita hominis fieri, et inter diuine laudis officia in eccleſijs non ſedere* Eſt T. III. *cit.* p. 190. Opuſculum XXXIX. hoc initio: *Domno V. reuerentiſſimo.* &c. *Non ignores uenerabilis pater* &c.

XI. *fol.* 49. *Vt auaritie reſiſtatur, et dum cuique ſuccurritur, munerum retributio ne queratur.* Initium: *Cardinalibus epiſcopis apoſtolice ſedis.* &c. *Sicut uerba preſentibus indicia ſenſuum* &c. Opuſculum XXXI. contra Simoniam edit. *cit.* T. III. p. 236.

XII. *fol.* 54. p. 2. *Inſolentia malignorum hominum facta conqueritur que nunc atrocius in mundi fine* (graſſantur) *craſſatur.* Initium: *Domno A.* (Alexandro II.) *ſummo* (ae) *ſedis antiſtiti* &c. *Redditas mihi ſanctitatis ueſtre litteras* &c. T. I. edit. *cit.* p. 11. Lib. I. Epiſtola XV.

XIII. *fol.* 59. *Cur papa non diuitijs uiuat. et quod hominum uſibus queque creatura deſeruiat.* Initium: *Domno A.* (lexandro) *ſumme ſedis antiſtiti* &c. *Quia redeuntem te uenerabilis pater* &c. T. III. p. 208. Opuſculum XXIII.

XIV. *fol.* 62. p. 2. *Epiſtola ad petrum lateranenſem archipresbiterum contra clericorum laſciuiam inuectiua.* Initium: *Domno Petro* &c. *Tantum ualet iaculum quanta uirtus eſt bellatoris.* &c. T. III. p. 168. Opuſculi XVIII. *Diſſertatio* I.

XV. *fol.* 67. *Dilectis in chriſto ciuibus florentinis* &c. *Nuper ut recolitis dilectiſſimi ad uos uenientes* &c. T. III. p. 232. Opuſculum XXX. De Epiſcopo Simoniae infimulato. Extrema: *Catulus compellatur uaubare* (baubari, βαύζειν, latrare) *ſub diuo;* pro quo in edit. *naubare,* cui ἀλογῳ mederi volens *Cajetanus* adjecit in margine f. *cubare.*

XVI. *fol.* 70. *Quantam ſalutem conferat elemoſina.* Initium: *Domno Mainardo arbinati* (Urbinati) *uenerande ſanctitatis epiſcopo* &c. *Qui ſub eſtiuo meridiatur umbraculo* &c. T. III. p. 85. Opuſculum IX. Deficit Codex in hiſce verbis: *ſed ſemper indigere miſe-*

ricor-